

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Potestas n
cum fonte primo

Principatus quem aut seditio
extorsit aut ambitus occupavit,
eciam si moribus atque actibus non
offenderit, in ipsius tamen inicii
sui exemplo est perniciosus et difficile
est ut bono peragantur exitu que
malo inchoata sunt principio.

Leo papa in quadam epistola.

Principatus autem quem aut seditio
extorsit, aut ambitus occupavit,
etiamsi moribus atque actibus non
offendat, ipsius tamen inicii
sui est perniciosus exemplo: et difficile
est ut bono peragantur exitu, quae
malo sunt inchoata principio.

Leo Magnus, *Epistolae*, 12, 1 (PL 54,
col.657B-658A).